

vi Dei, qui ibi sunt, ut venirem:  
 quia post obitum beatae memo-  
 ria fratris & Coepiscopi mei,  
 Severi, nonnulla ibi perturbatio  
 populi timebatur. Veni, &  
 quomodo voluit, Dominus ad-  
 juvit nos pro sua misericordia,  
 ut cum pace Episcopum accipe-  
 rent, quem vivus designaverat  
 Episcopus eorum. Hoc enim  
 eis cum innotuisset, voluntatem  
 precedentis & decedentis Epi-  
 scopi libenter amplexi sunt. Mi-  
 nus tamen aliquid factum  
 erat, unde nonnulli contrista-  
 bantur. Quia frater Severus  
 credidit, posse sufficere, ut  
 successorem suum apud Cle-  
 ricos designaret, ad Populum  
 inde non est locutus; id erat  
 in aliquorum animis nonnul-  
 la tristitia. Quid plura? Deo  
 placuit: tristitia fugata est,  
 gaudium successit. Ordinatus  
 est